



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio secunda. Vtrum homo ex charitate debeat seipsum diligere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Magistri Durandi de Sancto Porciano

esse prout totalitas vel perfectio excludit om̄ defectum sed illud vt dictum est nō cadit sub præcepto, potest tamē totaliter diligi totalitate excludente omne repugnans & contrarium, & hoc sufficit ad impletionem præcepti.

Sententia huius distinctionis. XXVIII.  
in Generali & Speciali.

**H**IC potest queri. Superius Magister determinauit de Charitate secundum se. Hic determinat de numero diligendorum. Et diuiditur in tres. Quia primò ostendit ad quos se extendit præceptum charitatis quoad homines. Secundum quoad angelos tibi, oritur autem hic de angelis quaestio. Tertio ex dictis elicit quandam distinctionem ibi, hic notandum est. Prima in duas. Primò determinat veritatē. Secundò respondet cuidā dubitationi ibi hic videtur Aug. Hæc est sententia in generali.

1. IN Speciali sic procedit, & querit vtrum alio modo dato dilectionis proximi præcipiamur diligere nos totos & totum proximum quantum ad animā & corpus, & dicit q̄ sic, nam secundum Aug. de doctrina Christiana quatuor ex charitate sunt diligenda vnū est supra nos scilicet Deus, aliud quod nos sumus. Tertium est q̄ est iuxta nos, scilicet proximus. Quartum est quod est infra nos scilicet corpus propriū. De nobis & corpore nostro nō oportuit dare mandatū, quia ad hoc naturaliter inclinamur. Tunc super hoc mouet dubitationē, quia secundum prædicta nō tenemur ex præcepto diligere nos & corpus nostrum si nullum est præceptū de hoc datum quod bene contradiceret primo dicto scilicet q̄ sunt quatuor ex charitate diligenda. Respondet q̄ nos ipsos & corpus nostrū tenemur ex præcepto diligere, sed nō oportuit de hoc speciale præceptum dari, quia sufficienter intelligitur in præcepto de dilectione proximi, cum dicitur diliges proximum tuum sicut te ipsum, & hoc declarat in litera. Postea querit vtrum mandatū de dilectione proximi se extendat ad angelos, & respondet quod sic, quod probat per parabolam de sauciatō Luc. 10. vbi dicitur quis tibi videtur esse proximus illi qui incidit in latrones. Et subditur qui fecit misericordiam in illum. Cum enim angeli nobis exhibeant multa beneficia, patet quod ipsi sub nomine proximi includuntur. Et etiam Christus secundum quod homo est, (Quia in quantum Deus, est supra nos & proximum) diligendus est. Vltimo ponit quandam distinctionem de proximo vt patet in litera.

### QUESTIO PRIMA.

Vtrum omnia ex charitate sint diligenda.

Thom. 2. 2. q. 25.

**C**irca distinctionem istam primò queritur vtrum omnia ex charitate sint diligenda. Et videtur quod sic, quia per charitatē conformamur dilectioni dei. Sed Deus diligit omnia quæ sunt, vt habetur Sap. 11. ergo nos debemus ex charitate omnia diligere.

2. Itē charitas correspondet fidei, sed per fidē cognoscimus oia, vel cognoscere possumus prout omnia possunt haberi per reuelationē diuinā cui fides innitur, ergo videtur quod per charitatem diligenda sunt omnia.

3. IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. in littera q̄ illa solū sunt ex charitate diligēda quæ nobis con societate quadā referuntur in deū, sed non omnia sunt talia, sed solum creature rationales, ergo &c.

4. **RESPONSO.** Videnda sunt duo. Primum est quod non omnia sunt ex charitate diligenda, sed solum Deus & creature rationales. Secundum est q̄ non omnes creature rationales sunt ex charitate diligēda, quia non damnati, siue angeli siue homines.

Bo. 2.  
q. 2.

5. Quantum ad primum aduertendum est q̄ licet proprium sit charitatis ponere in actu amoris rationē meritū nihilominus tamen ipse actus diligēdi deum magis respicit amorem amicitie q̄ amorem concupiscentie, nec est intelligendum istos amores esse duos actus, sed vnicum qui dupliciter nominatur secundum duplex obiectū. Cū enim amare sit velle bonum alicui, iste actus respectu illius cui bonū volumus propter se dicitur amor amicitie, bonum autem quod ei volumus dicitur amari amore concupiscentie. Et quia perfectior est amor quo quis amatur propter se quam ille quo quis amatur propter aliud, ideo charitas

quæ summa perfectio est in actu diligēdi magis respicit amorem amicitie q̄ concupiscentie, imō illum nō respicit nisi quia ad alium ordinatur.

6. Ex hoc potest dupliciter argui ad probandum propositum. Primo sic, ad illum nō habetur proprie charitas ad quē non potest haberi amor amicitie, sed ad irracionales creaturas nō potest haberi proprie amor amicitie, ergo nec charitas. Minor patet, quia proprie nō habetur amor amicitie nisi ad illum cui volumus bonum propter se. Creaturis autem irrationalibus nihil tale volumus, sed totū ad nos referimus, non enim volo bonū esse vinū propter vinū, sed propter me, vel propter amicū. Et sic est de omnib. aliis quia nos sumus quodammodo fines omnium vt dicitur. 2. Phys. ergo &c. Secūdo patet idē & ex eadem radice sic, Amor amicitie attenditur secundum aliquā communicationem in vita, sed nulla creatura irrationalis habet nobiscū comunicare proprie in vita, quia talis communicatio consistit in communicatione operū vite. Creaturæ autem irracionales proprie nō agūt, sed magis agūt, ergo ad ipsas proprie nō est amor amicitie, quare nec charitas. Amor tamē talis includitur in amore charitatis in quantum ex charitate aliquē diligimus cui talia volumus siue sint spūalia bona vt virtutes, siue corporalia vt res exteriores.

7. Secundum patet. f. q̄ ad damnatos homines vel angelos nō habetur proprie charitas. Primo quia charitas fundatur super communicationē vite beatę habitę vel possibilibus haberi. Sed damnati siue hoies, siue angeli nō possunt nobiscū in illa vita comunicare, ergo non sunt ex charitate diligēdi. Secūdo, quia sicut amor ciuili fundatur super virtutes acquisite, sic amor charitatis super virtutes infusas vt natę sunt ad beatitudinem perducere, sed ad illos qui nō habent virtutes ciuiles & iam sunt in malitia obdurati adeo vt sint incurabiles est soluēda amicitia secundū Arist. 9. Ethic. ergo ad damnatos homines, vel angelos qui sunt totaliter obdurati nec reuertī possūt ad statum virtuosę vite & supernaturalis nō est habendus amor charitatis.

8. Ad primū arg. dicendum q̄ Deus diligit omnia volendo oibus aliqd bonū, sed non bonū gratie vel glorie in cuius communicatione fundatur amor charitatis. Et ideo non debemus omnes ex charitate diligere, sed solum illos qui sunt capaces gratie & glorie, nec in hoc diuertimus a forma dilectionis diuinę.

9. Ad secundum dicendum quod nō est simile de fide quæ pertinet ad cognitionē & de dilectione charitatis, quia cognitio potest se extendere ad omnia bona & mala, dilectio autem non nisi ad bona. Et dilectio charitatis non est nisi ad illos quibus bona gratie & glorie sunt communicabilia. Et hæc sunt inter creaturas, solum rationales beate, vel in via existentēs.

### QUESTIO SECUNDA.

Vtrum homo ex charitate debeat diligere seipsum.

Thom. 2. 2. q. 25. ar. 4.

**S**ecundo queritur vtrum homo ex charitate debeat diligere seipsum. Et arguitur q̄ nō, quia secundū Greg. in quadā homilia, charitas minus q̄ inrer duos se haberi non potest, sed eiusdem ad seipsum nō est realis dualitas, ergo eiusdem ad seipsum non est charitas.

2. Item nihil pertinens ad charitatem est vituperabile, sed amare semetipsum est vituperabile secundum illud. 2. Tim. 3. In nouissimis instabunt tēpora periculosa & erūt homines seipsum amantes, ergo nullus potest seipsum ex charitate diligere.

3. Ad idem est quod. 1. Cor. 13. q̄ charitas non querit quæ sua sunt, sed diligere se est querere quæ sua sunt. Cū diligere se sit velle bonum sibi, ergo nullus potest ex charitate diligere se.

4. IN CONTRARIUM est quod dicitur Leuit. 19. diliges amicum tuum sicut teipsum. Sed amicos diligimus ex charitate, ergo & nos ipsos.

5. **RESPONSO.** Circa questionem istam videnda sunt duo. Primū est an aliquis seipsum possit ex charitate diligere. Secūdu est de numero diligendorū ex charitate que ponuntur in litera an sufficienter assignetur.

6. **QUANTVM** ad primum aduertendum est quod nullus dubitat an homo seipsum diligit. Cum enim dilige

diligere sit velle bonum dilectio, cōtat q̄ sicut homo magis vult bonū sibi quā alius q̄reus paribus, sic homo diligit magis seipsum q̄ alium hominē, imō amicitia ad alterū venerit ex his quę sunt hominis ad seipsum vt dicitur. Ethic. Restat ergo solum inquirendum an talis dilectio sit ex charitate. Et dicendum ad hoc q̄ sicut prædictū fuit charitas ponit in actu rationē meriti, & cū hoc in ipso actu diligendi magis respicit amorē amicitie, vel benevolentie q̄ concupiscentie. Quantiū ad primū omnis dilectio meritoria procedit ex charitate & sic cū homo possit diligere seipsum propter deum meritorie, patet q̄ hoc modo quilibet potest diligere se ex charitate. Sed quantiū ad secundum sicut amicitia proprie secundum cōmunē nois acceptionem est ad alterum & nō ad seipsum, sed aliquid maius amicitia sicut vnitas est potior vnione, sic hominis ad seipsum nō est charitas vt includit amicitia, sed prout includit aliquid maius. Et forte verius habet rationē charitatis quod patet, quia dilectio charitatis supra cōmunē rationē dilectionis attendit in obiecto preciositate sicut ipsum nomen sonat. Charum enim dicimus illud quod reputamus preciosum, vnuquisq̄ autē preciosior est sibi q̄ aliis propter q̄ amor hominis ad seipsum quantiū ad hoc fit ordinatus in deum videtur magis esse amor charitatis quā sit amor ad proximum.

7 Quantiū ad secundum notandum est q̄ numerus & sufficientia diligendorū ex charitate prout enumerantur ab Aug. sumitur hoc modo, quia obiectum charitatis duplex est, quoddā formale quod habet per se rationē obiecti, s. summū bonū beatū in se, & beatificatiuum aliorum quoddā materiale propter participationem summī boni, bonū ergo ex charitate diligendū vel est primū & principale obiectum ex charitate diligendū, vel est tale per participationē. Si primo modo sic est ipse Deus, vel bonū diuinum in se, si secundomodo. s. per participationē, aut per participationem extrinsecā, vel intrinsecā, s. extrinsecā sic est proximus, si intrinsecam hoc contingit dupliciter, vel quoad participationē beatitudinis essentialis & sic est aīa nostra, vel accidentalis, & sic est corpus nostrū. Et sic secundum hunc modū assignationis quatuor sunt ex charitate diligēda, vnā quod est supra nos. s. Deus. Aliud quod nos sumus. s. anima nostra. Quia vnuquisq̄ est illud quod est supremum in eo vt dicitur. s. ethi. Tertium est id quod est iuxta nos. s. proximus. Quartū est quod infra nos scilicet corpus nostrum nec ponuntur corpus & anima proximi duo diligēda ex charitate sicut anima nostra & corpus nostrū, quia in cōparatione ad vnumquēq̄ qui obligat ad dilectionē charitatis corpus & aīa proximi cadūt sub eadē rationē participadi beatitudinis. s. extrinsecē. Et ideo nō distinguuntur vt duo diligibilia, sed anima nostra & corpus nostrum licet cōueniant in participatione intrinsecā quoad nos, tamen differūt in beatitudine participata, quia anima participat beatitudinē essentialē. Corpus verō nostrum nō nisi beatitudinē accidentalem ratione cuius ponuntur duo diligibilia.

8 Salua tamen reuerentia cuiuscunq̄ nō video quare idem nō possit dici de anima & corpore proximi quoad participationem extrinsecā sicut de anima & corpore nostro quoad participationem intrinsecā, quia vtrobiq̄ potest equaliter subuidi talis participatio. s. scilicet beatitudinē essentialē & accidentalem, propter quod sistendo in paucioribus nō esset male dictū q̄ essent tria diligibilia ex charitate, scilicet Deus vt principale obiectum quod est supra nos, & aliud quod nos sumus per participationem intrinsecam. Et tertium. s. proximus per participationem extrinsecā nobis adiunctū. Et istud clarissime concordat cū forma & modo præceptorum charitatis in quibus sic dicitur, Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo &c. Et proximi tuum sicut teipsum, in quibus non proponuntur nobis nisi tria in generali ex charitate diligēda, scilicet Deus qui est supra nos, & proximus qui est iuxta nos, & ita q̄ ex forma dilectionis quā habemus ad nos sumatur forma dilectionis quā nos debemus habere ad proximum.

9 Ad primū arg. dicendum q̄ Greg. loquitur de charitate prout dicit amicitia secundū cōmunē acceptionē nominis. Sic enim semper est ad alterum. Aliis tamē modis potest esse eiusdem ad seipsum vt dictum est.

## Quæstio I.

263

10 Ad secundum dicendum, q̄ amare seipsum secundum exteriorem hominem plusquā secundum interiorem est vituperabile, & hoc reprehenditur ab Apostolo, quia est cōtra ordinē charitatis, sed amare seipsum quātum ad hominem interiorem est laudabile, & est charitas.

11 Ad tertium dicendū q̄ charitas nō querit quę sua sunt, quia secundum Aug. cōmunia propriis, nō propria cōmunibus anteponit. Per hoc tamē non excluditur cura & dilectio propriorū absq̄ præiudicio cōmunium, & sic quilibet potest ex charitate diligere seipsum.

## Sententia huius distinctionis. XXIIX. in generali &amp; speciali.

Post prædicta. Superius determinat Magister de charitate secundum se & de numero diligibilium. Hic determinat de ordine diligendi respectu diligendorū. Et diuiditur in duas. Primo determinat ordinē quantum ad quantitatem dilectionis. Secundo quantum ad quantitatem meriti dist. 30. Hic quærit solet. Primo determinat de ordine diligendi ex parte diligendorū. Secundo mouet quoddā quæstiones circa determinata ibi. Solet etiam quærit. Tertio ponit ordinem diligendi ex parte graduum ipsius dilectionis ibi, Sciendū quoq̄. Prima in duas. Primo ostendit charitatē habere ordinē & determinat illum ordinem respectu diligendorū simul. Secundo specialiter respectu proximorū ibi, Vnde etiam super vitā. Secunda diuiditur in quatuor. Primo ponit vnā opinionē. Secundo ponit determinationē autoritatū quę illi opinioni videntur obuiare. Secunda ibi, quibus obuiat. Tertio ponit aliā opinionē ibi, quorū etiā nōnulli. Quarto ostendit quid sibi videatur verū ibi, quia præmissa. Et hæc est diuisio &c.

2 IN Speciali sic procedit, & proponit primo q̄ cum charitas ordinem habeat sicut scriptū est in Canticis ordinem in me charitatem de hoc ordine de quo inquirendum est. Nam secundum Aug. lib. de doct. Christ. ille nō habet ordinatam charitatem qui diligit quod nō est diligendum, vel non diligit quod est diligendū, aut equaliter diligit quod est minus, vel amplius diligendum. Pecata enim nō sunt diligenda, natura verō diligenda est, Deus quidem propter seipsum & super omnia, proximus verō propter deum, & anima proximi plus est diligenda q̄ corpus nostrum. Quia magis potest participare beatitudinem q̄ corpus nostrum. Tunc querit vtrū oēs hoies sint equaliter diligendi & tantū quantum nos, & ponit opinionem quorundā q̄ omnes hoies sunt equaliter diligendi quātum ad affectum dilectionis, sed quantiū ad effectū exhibitionis beneficii prius subueniendum est illis qui sunt nobis magis coniuncti. Quod probat per autoritatem beati Aug. & Hieron. Sed contra hoc arguit, primo per autoritatē scripturę quę dicit, Honora patrem & matrem, vbi specialiter amor parentū exprimitur aliis tacitis quod nō esset nisi parentes essent amplius aliis diligendi. Secundo arguit per Hiero. qui dicit super Ezech. q̄ post deum pater & mater, filius & filia, frater & soror sunt diligendi, & idem dicit Ambr. super Cantica qui etiam addit q̄ domestici seu propinqui boni sunt malis filiis præponendi. Et q̄ sufficit non odire inimicos, nec tantum re nemur eos diligere quantum nos. Sed ad omnia ista respondent illi qui tenent primā opinionem q̄ omnia ista intelliguntur de effectu exhibitionis beneficii, & non de affectu quo equaliter debemus nos & oēs alios diligere, Deum tamen plusquā nos. Deinde dicit Magister quod sibi magis videtur secundum interiorem Ambrosii q̄ ordo debet esse in dilectione non solum quantum ad effectum, sed etiam quantum ad effectum. Omnibus tamen secundum dictum Augustini vita æterna est equaliter optanda quantum ad rem optatam & non quantum ad affectum optantis. Deinde quærit si extranei boni sunt magis diligendi quā propinqui mali. Et arguit quod sic per autoritatem Bedę qui dicit quod sanctior est copula cordium, quā corporū, istam tamen quæstionem non soluit, sed redit ad exponendum dictum Ambr. qui dicit q̄ nullus tenetur diligere inimicū sicut seipsum. Sed sufficit quod non habeatur odio, hoc enim est intelligendum quod non tenemur tantum inimicos diligere sicut nos ipsos, tenemur tamē eos diligere quia sunt proximi.

Dein